69

hanc sursum ad supernam conspiciunt sub se positam
sibi iungere pertimescunt Nec iam sub se uelud
infirmam contemnere ausi sunt quam super se uide
licet in celi rege uenerantur Nec habere dedig
nantur hominum socium qui super se adorant ho
minem deum Curemus ergo fratres carissimi ne quando nos in
munditia polluat Qui in eterna praescientia et dei ci
ues et angelis equales sumus Uindicemus moribus
dignitatem nostram Nulla nos luxoria inquinat Nulla
turpis cogitatio accussat Non malitia mentem
mordeat Non inuidie rubigo consummat Non
elatio inflet Non ambitio per terrena oblecta
menta delaniet Qui etenim uocati sunt homines
Defende ergo tibi homo contra auaritia honorem
dignitatis propter quem factus es homo Beati agustini
Natalis est ergo hodie domini saluatoris fratres carissimi
incolumen addidit mundo Et inmor
talitas que per peccatum perierat mortalibus
reddita est Natalis est hodie saluatoris de quo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_220/0143